

- flagellis prælongatis, multiarticulatis; superiores inferioribus longiores. Pedes 1mi 2diqve paris graciles, longitudine et forma fere æquales. Appendix caudalis integra.”
- Subfam. XV. Gammarinæ. Gen. X. *Melphidippa*. “Mandibulæ palpo brevi atqve perangusto; articulo palpi 3tio brevior qvam 2do. Maxillæ 1mi paris lamina interiore sat lata, non vero longa, in margine interiore setis compluribus plumosis instructa. Pedes maxillares palpis angustis, elongatis; lamina exteriori brevi, lata, in margine interiore dentibus paucis, parvis armata. Corpus elongatum, maxime postabdomen. Segmenta postabdominis in margine posteriore dentibus majoribus aut minoribus armata. Epimera sat parvula. Antennæ elongatæ, graciles; superiores et inferiores longitudine fere æquales. Pedes angusti, elongati; pedes 1mi et 2di paris manu subcheliformi, parva; pedes trium parium ultimorum articulo 1mo parum modo dilatato. Pedes saltatorii ultimi paris ultra finem eorundem 1mi et 2di paris longe producti. Appendix caudalis elongata, plus minusve fissa.”
- Subfam. XVI. Ampeliscinæ. Gen. III. *Byblis*. “Oculi quatuor. Mandibulæ articulo palpi 3tio multo brevior qvam articulo 2do angusto. Pedes maxillares articulo palpi 3tio vix dilatato. Epimera minora qvam apud genera præcedentia [Ampelisca and Haploops]. Antennæ inferiores articulo pedunculi 1mo et 2do extus visibilibus, in incisura capitis sitis. Pedes 7mi paris articulo 1mo deorsum et postice per dilatato; articulo 3tio brevi; articulo 4to et 5to elongatis. Pedes saltatorii ultimi paris per breves. Appendix caudalis brevis, lata, parum fissa.”
- Subfam. XVII. Leptocheirinæ. Gen. II. *Goësia*. “Corpus subdepressum; epimeris non altis; epimero 2do minore qvam apud genus Leptocheirus. Antennæ superiores flagello accessorio fere obsolete. Pedes 2di paris iisdem 1mi paris validiores, sed non multo longiores, in margine anteriore setis longis plumosis instructi; manu magna, subcheliformi; carpo non prælongato. Cæteroqvin ferme ut apud genus Leptocheirus.”
- Subfam. XVIII. Photinæ. Gen. III. *Xenoclea*. “Antennæ superiores articulo pedunculi 3tio elongato; flagello accessorio absenti. Pedes 1mi paris carpo elongato. Pedes 3tii et 4ti paris articulo 1mo latissimo. Pedes saltatorii ultimi paris biramei; ramis invicem longitudine fere æqualibus. Appendix caudalis in apice insinuata.”
- Subfam. XXI. Podocerinæ. Gen. II. *Janassa*. “Mandibulæ palpo perlato, non vero longo; articulo palpi 3tio obovato. Antennæ robustæ, setis densis instructæ; superiores flagello per brevi, ex articulis paucis (3) constanti; articulo ejusdem 1mo per longo; flagello accessorio fere obsolete. Antennæ inferiores superioribus multo longiores et crassiores; flagello ex articulis paucis constanti; articulo ejusdem 1mo permagno, prælongato. Corpus subdepressum; epimeris parvis. Reliqua cum genere Podocerus ferme conveniunt.”
- Fam. IV. Dulichidæ. Gen. II. *Paradulichia*. “Antennæ multo breviores qvam apud genus Dulichia. Pedes saltatorii ultimi paris 1ramosi; ramo minimo. Reliqua cum genere præcedenti conveniunt.”
- Gen. IV. *Xenodice*. “Pedes maxillares 2di paris lamina interiore magnitudinis mediocris, in margine interiore setis pluribus (7) instructa. Antennæ superiores et inferiores longitudine fere æquales; flagellis multiarticulatis sed multo brevioribus qvam pedunculo. Antennæ superiores flagello accessorio instructæ. Pedes 1mi 2diqve paris magnitudine et forma fere æquales; manu parva, subcheliformi. Pedes 3tii et 4ti paris ejusdem magnitudinis, elongati. Pedes trium parium posteriorum longitudine gradatim crescentes, filiformes. Pedes saltatorii 1mi 2diqve paris elongati, biramei.”
- Fam. V. Caprellidæ. Subfam. II. Cyaminæ. Gen. I. *Platycyamus* (Lütken), “distinguitur a *Cyamis* propriis annulo primo corporis a capite sejuncto, pedibusqve primi paris pedes secundi paris fere æqvantibus hisceque antepositis.”

It may be proper to observe that the generic characters above quoted are more or less dependent